

PETRI RAMI  
ARITHMETICÆ LIBER  
PRIMUS A LAZARO SCHO-  
nero emendatus.

CAPUT I. DE NOTIS ARITHMETICIS.

- 1 Arithmetica est doctrina bene numerandi.
- 2 Partes Arithmeticae duae sunt, simplex & comparativa.
- 3 Simplex quae considerat simplicem numeri naturam.
- 4 Numerus est secundum quem unumquodque numeratur. *ut secundum unitatem unum, secundum binarium duo, secundum ternarium tria, & sic deinceps omnes numeri.*
- 5 Itaque numerus est unitatis aut multitudinis: potestque esse minimus ut unitas: maximus autem quo major dari nequeat, nullus esse potest.
- 6 In numero spectatur primum notatio, deinde numeratio.
- 7 Numeri in abaco notandi & scribendi haec decem sunt notae 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 0: quarum prima significat unum, secunda duo, tertia tria, quarta quatuor, quinta quinque, sexta sex, septima septem, octava octo, nona novem.
- 8 Circulus quae nota est ultima nil per se significat: ad dextram tamen positus valet ad alias notas amplificandum.
- 9 Amplificationis gradus sunt tres, deincepsque

A